Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCENA DOMINI. Scdm iohem

Ante diē festū paschę sciens ihc quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrē. cū dilexisset suos qui erant in mundo in finē dilexit eos. Et rel.

BEDE PBRI

Scripturus euangelista iohs memorabile illud dni ministeriū qd discplis in pascha pri quā ad passionē iret pedes lauare dignatus ē. ipsū primo nom paschę qd mistice signaret aperire curauit ita incipiens. Ante diē festū paschę sciens ihc quia uenit hora ei ut transeat ex hoc mundo ad patrē. cū dilexisset suos qui erant in mundo in finē dilexit eos. Pascha qppe transitus interptatur. nom ex eo uetus habens qd transiert in eo dns p egypcum pcutiens pmogenita egypti & filios isrl liberans. & qd ipsi filii isrl transierunt illa nocte de egypto a seruitute ut uenirent ad terrā pmissę olim hereditatis & pacis.

Mystice autē significans qd in eo dns transiturus esset ex hoc mundo ad patrē. & qd ei exemplo fideles abiectis temporalib; desideriis. abiecta uiciorū seruitute. continuis uirtutū studiis transire debent ad pmissionem patrię celestis. Quom autē transiert ihc ex hoc mundo ad patrē pulchro sermone designat euangelista cū diē. Cū dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos. id: in tantū dilexit. ut ipsa dilectione uitā ad tempus finiret corporalē mox de morte ad uitā de hoc mundo transiturus ad patrē. Maiorem nāq; hac dilectionē nemo habet. ut animā suā quis ponat pamicis suis. Unde recte utq; transitus legalis